



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cum promissione vera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

erat notum femina, non propterea vit exculari à matrimonio potest; quia potuit tunc femina putare de illo voto (ut solet) fore, ut pereretur dispensatio. Scio à Diana *pari. 3. tract. 14. resol. 38.* putari probabile hunc votum, ante promissionem matrimonij tactam defloratam, debere votum servare; quia viget prior promissio facta Deo. Verum, an id sit probabile, penes ejus auctoritatem sit.

36. De hoc autem Castitatis Voto omnino peti debet dicta dispensatio, non quidem, ex Less. *lib. 2. cap. 10. dub. 4. num. 34.* quasi sit necessaria dispensatio ad contrahendum, & ad reddendum debitum; jam enim diximus non esse obligationem servandi hæc vota in concurrentia dictæ promissionis, idque in favorem violatæ; sed ut vit possit petere debitum, & post mortem uxoris aliam ducere.

37. Dicam est *num. 34.* (nisi legitima accedat exculatio:) nam etiam si fuerit jurata promissio, excusabitur, ex Sanch. *lib. 1. de matr. d. 10. num. 8.* sed est contra Molin. *d. 106. num. 42.* Primum deflorator ad non ducendam defloratam, si superveniat aliquod impedimentum dirimens; de quo obtineri dispensatio non possit; nam ad impossibile nemo tenetur. Si tamen potest, certe impetrare omnino debet; quia debitor semper obligatur ponere media, saltem ordinaria ad solvendum creditori. Quis enim non obligabitur ad laborandum secundum suum statum, ut furto ablata restituat? Quid, si impedimentum hoc dirimens præcessit promissionem? Respondeo eodem modo. Ita de Lugo *loc. cit. sect. 4.* licet contrarius sit Sanchez *lib. 5. de matr. d. 5. numero 26.* quando promissio fuit absoluta, nulla facta mentione petitionis dispensationis, sed solum data fide de matrimonio. Si enim impedimentum est dispensabile, debet à stupratore eius dispensatio obtineri; ad hoc enim se obligavit promittens matrimonium; vel certe si fide promissit, refarciat damnum, dando dotem competentem: ad id enim saltem obligat deceptio. Solum non obligabitur, quando femina seipsa decepit, sciebat enim, verbi gratia impedimentum, & prudenter advertere poterat fictum animum stupratoris qui non intendebat dispensationem petere, quam tamen sui deceptionem ratio esse in mulierculis, notabo mox *numero 49.* in simili: Non obligabitur etiam, quando ipse stuprator inculpabiliter ad eam necessitatem petendi dispensationem non advertit; vel impedimentum ei incognitum erat, & ex alia parte ejus verba non significabant promissionem de dispensatione petenda. Tunc enim (ut etiam in præcedente casu) absit vis, vel fraus stupratoris. At si significabant, licet ipse non adverterit, tamen cum se ipsa dederit causam deceptioni, obligabitur saltem damna puellæ refarcire: si non matrimonio, quod non promississet, si advertisset, certe subsidio dotis, quo refarciatur deceptio.

38. Excusabitur secundò deflorator, si mulier fornicetur postea cum alio, vel simile quid dignum divortio committat. Ita Dian. *pari. 3. tract. 6. resol. 53.* si enim hæc, matrimonio jam contracto separationem concedunt; multò magis concedent non contrahere.

39. Excusabitur tertio: Si ex tali matrimonio probabilius timeatur oriturum magnum scandalum, vel fore malum ejus exitum per rixas, discordias, &c. Sicut enim hæc dissolvunt sponsalia & promissionem, de qua loquimur. Quare lege Sanchez, qui docet, quantum hoc scandalum, & similia esse debent, ut dissolvantur sponsalia; nam illa etiam hic vltui erunt.

40. Excusabitur quarto: Si se virginem finxit mulier; tunc enim fiet compensatio, ut sicut mulier virum decepit, fingendo se esse intactam, sic vir non observando promissionem matrimonij. Quod si vit ex se credit illam virginem, & ideo verè promissit, certe non erit obligatus ducere, quia ipse virginem

volebat, & sub hac conditione promissit: At tunc compensare damnum mulieri, ex ipsa copula illatum? Respondeo hoc (saltem occulta culpa copula) vix vltum solet esse, solum igitur remanere obligatio restituendi pretium pro ipsa copula, ad gratiam vii consensit mulier, sed fortasse commo- ter hujusmodi semi-honestæ mulieres suum corpus cum illis concedentes ob promissionem matrimonij expressè petant, quod rarum est, remittere videtur, quia pulchritudinem.

41. Excusabitur quinto: Si vit puellam tergi- taxat, quamvis tactibus impudicis: cum enim promiserit, ut supponimus, conjugium propriè copulam, non debet tactibus. Quod si tactibus cogniti ab aliis fuerint tale esset osculum publicum, & inde infamia nata sit contra virginem; etiam excusandum: Vel enim promissisti matrimonium tactibus, & copulam; copulam autem non obtinisti, five virginitas, five utriusque causâ; & tunc non tenetur ad nuptias. Ita Sanchez *lib. 1. de matr. d. 10. num. 8.* quia non est posita principalis conditio; obligatio tamen ad damnum, quod forte ex tactibus ortum ex se patet. Vel promissisti matrimonium solum, & tunc puto te obligari ad eam de qua diximus, propter pactum jam initum. Sicut enim superioris dignitatis promissit virgini, ut illam duceres, matrimonium; eam debet ducere, non oblatum illo excessu, ex de Lugo *loc. cit. sect. 2. n. 32.* quia tunc tene promissionis debitus est totus ille excessus in tu nostro, &c.

42. Ex alio capite puto etiam esse probabile, tum hanc solum tangentem puellam, & Matrimonium promittentem: ut item virum illum excedentem dignitate, non obligari regulariter ad eam ducendam; sed solum ad damnum compensandum. Quam enim (ait Lessius, *lib. 2. c. 18. d. 1. n. 9.*) aliquid promittitur, excedens valde valorem rei, quæ potius non censetur velle se aliquis obligare, nisi quædam opus valor exigit: quare, cum in casibus nostris Matrimonium valeat plus, quam tactus ille, vel quæ illa virginis infamia copula, non censetur illi se illud obligasse. Notanter dixi (regulariter): tum si verè promiserunt animo se obligandi, non vnde possint hi à servanda promissione resillire, posserim, quia honesta Mulier potest suum corpus vendere, quantum ipsi placet, ut *superius n. 3.* diximus satis.

Quando deflorator, vult promissionem servare, & virginem docere, illa verò vel Parentes recusant, an obligetur alia via dampnum reficere, dicam mox *n. 48.*

Promissio matrimonij ficta.

43. Quamvis ficta, & sine animo se obligandi promiserit quis mulieri violatæ matrimonium; tamen obligabitur ad refarciendum totum damnum; quia ejus damni per illam fictionem ipse violator causa est. Ita DD. cit. & passim. Nec obstat votum, five sub- quens, five præcedens. Ita de Lugo *1. de just. d. 1. sect. 3. num. 47. & 48.* ut ex dictis *num. 35.* colligi potest. Idem puto, si fictè quis de præsentis Matrimonij cum aliqua contraxit, & sub eo prætextu violavit. Idem denique, etiam si per promissionem fictam solum extorserit oscula, & tactus: semper enim damnum solatum restat propter dictam rationem debet, etiam ea virgo non fuerit, sed Mulier honesta, &c. Ita idem *ibid. num. 48.*

44. Difficultas ergo solum est, An satis sit, si violator tunc refarciat alia via æquivalenti, non autem Matrimonio, quod fictè promissum est. Et communis sententia est, non esse satis, sed Matrimonium contrahere omnino debere. Ita S. Thom. *in 4. dist. 47. q. unic. art. 2. ad 4.* aliique multi apud Sanch. *lib. 1. de matr. d. 10. n. 2.* contra Præpositum allatum à Diana, *pari. 3. tract. 14.*